



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XVIII. Comen. legatorum. De eadem materia, an scilicet disposita ad
pias causas in minus solemni testamento, suffragentur circa prophanum
excessivum emolumendum, quod pio operi ad favorem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

non decrescendi, cedere deberet commido ipsius Oratorii, cum hereditas universalis trahat ad se totum id, quod ex legatis, alisque particularibus dispositionibus non fortitur effectum, ne detur moriens pro parte testatus & pro parte intestatus, ideoque cum commodum totum redundaret in causam plam, replicatio nullius momenti remanebat.

Cæterum (cum sensu etiam veritatis) dicebam, ut reliqua, ut suprâ disposita ad favorem Joannis & aliorum quoque subsisterent, quoniam ut advertitur *sub tit. de Alienat. & Contratt. discurs. i. & in aliis*, ibi allegatis, Aliud est, bona acquiri Ecclesiæ, adeòd fiant ecclesiastica, & cadentia *sub Extravag. Ambito/a*, five cum regulis beneficibus, iuribusque spiritualibus regulanda; Aliud vero, ut opus dicatur pium, atque dispositio ad pias causas; Stant enim bene simul, ut bona non sint ecclesiasticas neque beneficium ecclesiasticum, & tamen quod opus sit pium, utita distinguendo habetur *dicto disc. i. de Alienat.* Atque, ut habetur *disc. sequen.* non attenditur, an temporale emolumentum excedat id, quod præstari solet ratione celebrationis missæ, vel alterius operis spiritualis, quoniam ejus insensibilis est valor, adeòd ut quidquid detur, nunquam dici valeat excedens, quoniam spectanda est causa, ob quam dispositio ordinatur, non autem effectus inde resultans, ut ad litteram probat *text.* in cap. *requisiti de testam.* ibi, *quia hoc ille, qui dona pro redēptione anima/sue, non pro commōdo Sa-*cerdotis, probatur offerre; Et bene comprobatur ex deductis *dec. 150. part. 12. recent. num. 27.* edita in casu, de quo infra *disc. 28.* super consimili mixtura accessoria juris patronatus favore gnatorum.

Quod tamen, (*reflexione ad veritatem*) procedere dicebam, nisi suspicio probabiliter urget, quod pietas esset color quæritus ad fraudandam legem, & colorandam falsitatem, quia nempe volens aliena bona captare, cum duobus testibus male inductis, vel cum alia minus solemnem probatione, in qua longe difficilior esset machinatio, aliquod leve opus misfaram, vel alterius pii operis studiosè sibi adjiceret, utita detracto eo modo sumptu, qui ad illud pium opus expendum necesarioris est, reliquum ad proprium prophanicum commodum sibi appropriet; Ideoque id intelligendum est sano modo, ac juxta singulorum casuum particulares circumstantias.

In hac vero facti specie, ista suspicio cadere non videbatur; Tum quia incertæ erant personæ, ad quorum commodum dictæ cappellaniæ cedere debuerint; Tum etiam quia actus erat solemnissimus, coram Notario, ac Judice, & septem testibus; Defectus autem proveniebat ex juris civilis subtilitate, circa aliquorum testium impubertatem, quæ insperatis regulis generalibus probationis indifferentis, non præbet in testibus defectum omnimum, quoties sunt proximi pubertati, juxta distinctionem, de qua apud *Farin. de testibus quæst. 58.* cum aliis infra in *Romana testamenti de Monaldensibus disc. 26.*

Præterea in ea quæstione, an mixtura cause piaæ subsistat etiæ disposita ad causas prophanas, quidquid varient D.D. ex congestis per *Riccius in add. ad Tiraquell. de privil. pia causæ cap. 80. & Rubenum de testam. ad piæ causæ cap. 54. & sequen.* præfertim *cap. 59.* Ea videtur vera distinctio, quod aut agitur de prophano, seu temporali emolumento, quod accessione & consecutivè pio operi admixtum sit, ut erat in praesenti casu, & in altero, de quo *discurs. seq.* & tunc posterior sit affirmativa, nisi vchemens urgat suspicio, quod opus pium sit affectatè positum tanquam color quæstus, ut suprâ.

Aut agitur de dispositionibus omnino separatis, ac inter se non connexis, quarum aliqua sint ad causas pias, alia vero ad prophanas, & tunc; Aut pia dispositio est iure legati peculiari, quod etiam ab intestato substineri potest, adeò ut inefficacia liarum dispositionum prophanicarum cedat commido venientium ab intestato, & tali casu mixtura non suffragetur; Aut est iure institutionis universalis, unde prædictæ invaliditatis emolumentum esset ipsius cause piaæ, & secundus, idque ratione æquitatis & justitiae naturalis, quoniam sicuti Ecclesia & pia causa, spretis juris positivi solemnitatibus, ad sui favorem vult, ut attendatur æquitas seu veritas naturalis, ita justum, ac æquum, & rationabile est, ut id cum aliis servet, neque præter disponentis voluntatem bona retineat, ex iis quæ habentur id *supradisc.* 12. & *disc. præced.* & alibi, Et hic erat casus, dum pia causa erat scripta hæres universalis.

Dicebam vero hæc ad superabundantiam, & quatenus etiam subsisteret, ut hæc voluntas in prophanicis dispositionibus esset ex iure positivo imperfecta; Verum id cessabat dupliciter; Primo quia in actu intervenerant novem personæ, scilicet, Notarius, Judex ad contractus, & septem testes, unde quando etiam demendi essent quatuor testes impuberis, adhuc superarent quinq; sufficienes ad legitam, vel simplicem ultimam voluntatem, cuius iure actus ob clause salutares substineri poterat etiam inspecto rigore juris civilis.

Et secundò, quia dicti quinque habiles, immo & quatuor, abundabant ad substinentum testamentum etiam ad causas prophanas, juxta dispositionem *text. in cap. cum esset de testam.* præfertim quia dicti testes idonei, suppleti erant à dictis aliis quatuor, qui saltē alios bene administrabuntur, ex iis, quæ habentur *infra in Tuderina disc. 25. & in aliis;* Quia vero causa necessitas non exigebat, hinc propinde, juxta laudabilem Curia stylum, assumpta non fuit quæstio, an in Regno Neapolitano in prophanicis admittenda sit hæc testandi forma, necne & de quo agunt *Magdal. de num. testium part. 2. cap. 8. num. 20. cum seqq. Ruben. de testam. cap. 53. num. 69.* a-pud quos concordantes.

COMEN. LEGATORVM

PRO

J.O. BAPTISTA ET ALIIS

CVM

FRANCISCO DE TURRICELLIS.

Causa decisus per Rotam pro Io. Baptista & Consortibus.

De eadem materia, an scilicet disposita ad piæ causas in minus solemnem testamento, suffragentur circa prophanicum excessivum emolumentum, quod pio operi ad favorem conjunctorum assignatum est; Et an solemnitates præscriptæ in testamento

D 4

mento

De LUCA
Testamentis
et ceteris
GVI

mento cæci, requirantur in dispositionibus ad pias causas.

SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 F Resolutio causa.
- 3 De solemnitatibus in testamento cœcorum, an requirantur pro forma præcisa, vel sufficiat e quipollens.
- 4 Quod dicta solemnitates non procedant in dispositionibus ad pias causas, & quid inter liberos.
- 5 Cappellania eræta sine auctoritate Ordinarii sunt laicales.
- 6 An legatum factum cum assertione pietatis consanguineo sit pium.
- 7 Declaratus conclusio, de quanum. 5.
- 8 Emolumenntum quod præstatur pro sacrificio missæ, vel alio opere spirituali sibi accessoriū, & dicitur etiam pium.
- 9 Non potest una, & eadem dispositio esse eodem tempore valida, & invalida, & quandosecus.

DISC. XVIII.

CAtharina Turicella, luminibus orbata, in testamento condito non servata forma, quæ in testamentis cœcorum præscripta est per texti in l. hac consultissima Cod. quist. stam. fac poss. inter cætera reliquit lecta 10500. pro cappellania obtinenda per confangui- neos pro tempore, cum onere sex missiarum quolibet mense, deputato per ipsam testaticem Jo. Baptista primo cappellano; Cumque Franciscus filius, & hæres, ob testamenti nullitatem à dicta formæ defectu resultantem, legata solvore recusaret; Hinc introducta causa coram A. C. prodit sententia absolutoria à legis prophanis, condemnatoria vero 2 dicti legati pro cappellania, tanquam pii; Devolutaque per appellationem causa in Rota coram Albergato sub diebus 11. Decembri 1651. & 26. Februario 1652. pro dicti legati solutione, approbando judicatum, prodierunt resolutiones quibus hæres ac- quievit.

In disputationibus igitur habitis, coram A. C. coram quo scripsi pro omnibus legatariis, actum 3 fuit de validitate, vel invaliditate omnium legatorum, atque decisio pendebat à puncto, an solemnitates præscriptæ in dicta l. consultissima percurent formam præcisam, quæ adimpleri non possit per e quipollens, vel potius istud sufficeret; Ista enim lecta parte posita resultat, ut constito de aetate sinceritate, unde cæset ea suspicio, ob quam solemnitates inducta sunt, dispositio etiam ad causas prophanas valeant, ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Hond. cons. 58. numer. 18. lib. 2. Mo- noch. l. 4. præf. 6. num. 2. Michalor. de Coco, muto & surdo cap. 6. num. 28. Burgos de Pax. ad l. 3. Taurin. 1293. ubi ex num. 1293. plenè agit de hac materia testamenti cœcorum, de qua agitur etiam infra dicti.

Quatenus autem pertinet ad punctum disputationum in Rota, super dicto legato facto in causam d. cappellania, restricta fuit disputatio ad ejus qualitatem, an scilicet illud dicendum esset pium, vel prophanum; Posito enim, quod esset pium, idem scribentes pro hærede, admittebant dispositio validitatem ad terminos texti in cap. relatum de testam. quoniam ex eadem ratione in precedentibus pluri- ties insinuata, ut pia causa juris civilis solemnitati-

bus non subjaceat, sed solum attendatur imperfe-
ctio voluntatis, valida est dispositio etiam cæci, ut
in his terminis specialibus, cæteris relat. Tigr. &
add. de privil. pie can. cap. 10. Vasquez illustr. contr.
cap. 103. num. 15. Magdalen. de numer. teſt. part. 2.
cap. 4. num. 54. & seq. Mant. de Conject. lib. 6. tit. 3.
num. 21. Eugen. conf. 63. lib. 2. add. ad Comitul. de-
cis. 155. in fine; Et quid inter liberos Giovagnon. conf.
5. cum seq. lib. 2. Seraphin decif. 966. cum aliis per add.
ad Comitul. nbi supra.

Insistebant tamen in eo, quod cum hujusmodi cappellania eræta non esset cum auctoritate Ordinarii, dici non poterat beneficium ecclesiasticum, sed res merè temporalis, adeò ut etiam laici & infantes, aliquæ ecclesiasticorum beneficiorum inca-
pacies eam obtinere possent juxta decisiones 125. &
151. Penia, Buratt. decif. 1. num. 7. & seq. & habetur plures in sua materia subtit. de Benef.

Quodque ubi etiam pro emolumento proportionato celebrationi missarum dici posset dispositio ad piæ causas, non tamen dicenda esset talis, quod excessum cedere debentem ad commodum con-
sanguineorum, cum quibus potius ex causa pro-
phana sanguinis, dispositum censetur juxta deducta apud Franch. decif. 505. Cavaler. decif. 212. & 377. cum aliis per Rotam in Romana hereditatis 1. Aprilis 1658. & 16. Junii 1659. coram Albergato, quo prodie-
runt in casu, de quo infra disc. 50. ubi principaliter agitur de validitate testamenti minoris ad favorem curatoris, incidenter verò de hoc punto, an id quod dicitur relinquï carnaliter, vel spiritualiter
conjugio sub expressione charitatis, vel pro amo-
re Dei, dicatur legatum pium, nec ne, & habetur etiam disc. seq.

Hic tamen non obstantibus; Scribens pro lega-
tariis (etiam in sensu veritatis), contrarium crede-
bam probabilius, id est que resolutiones, justæ ac
probabiles vñ fuerunt; Quatenus enim pertinet ad
primum fundamentum, ut ob cæstam formalem
eretionem, cum auctoritate Ordinarii, ista cap-
pellania dicenda esset merè prophana; Id continet
æquivocum clarum, quoniam aliud est agere, an
beneficium sit verè ecclesiasticum ad effectum, ut
cadat sub regulis beneficialibus, ad quem effectum
discretivè hujusmodi cappellania dicuntur laicæ,
ut in dicta sua materia sub tit. de beneficio; Aliud ve-
rò, an dispositio sit pia, vel prophana; Quoniam ut
advertisitur disc. præced. ac etiam sub tit. de Alien. &
Contrat. disc. 1. Stant bene simul, opus esse pium,
& tamen non esse ecclesiasticum ad alios effectus, i-
deoque non est bona consequentia, non est ecclie-
siasticum, ergo non est pium, sed prophanan.

Quò veò ad alterum motivum; Dicebam idem, 8
de quo disc. præced. quod scilicet sacrificium missæ
est inestimabile, atque quodcumque magnum tem-
porale emolumenntum, quod sacerdoti celebranti
detur, semper est modicum, & consequitum,
ideoque ad regulandam dispositionem, attenden-
dum est ipsum pium opus in ea principaliiter deman-
datum, non autem temporale emolumenntum ac-
cessoriū, & consequitum; Ac etiam quia im-
plicat, ut una & eadem individua dispositio, diver-
so jure censeret, eodemque tempore sit valida,
& invalida contra principium, super quo plura col-
ligit Barbo, axiom. 135. num. 7. Nisi, (ut disc. præced.
advertisitur) facti circumstantia diversimode suade-
ant, quia nempe privatus, cum fraudis suspicione
captare velit pingue emolumenntum ex ultima vo-
luntate imperfecta, minusque solemini, adjicendo
pro colore aliquod modicum pium opus celebra-
tionis missarum, vel simile, quod cum modo in-
commo-

commode per alium expleri potest, tunc enim in-
cumbet solum hæredi faciendi celebrare missas, vel
alifud opus à moriente volitum adimplendi; Hæc
autem suspicio in præsenti omnino cessabat ex facti-
qualitate.

ROMANA

LEGATORVM

PRO

CLERIA TORSELLINA

CVM

SOCIETATE SANCTISSIMÆ TRINITATIS
PEREGRINORUM.

*Causa disputata coram Prelato deputato per Prote-
ctorem & resoluta pro Cleria.*

An legatum relictum consanguineo, cum assertione, quod fieret ex charitate, dicatur pium, adeò ut debeatur ex minus solemnni dispositione; Et quid ubi Ecclesia, vel pia causa est hæres universalis, an teneatur ad legata prophana relicta in testamento minus solemnii; Et in incidenter, an secundum legatum censematur cumulativum, vel adeptivum cum primo.

- 1 *F* *Acti series.*
- 2 *An secundum legatum censematur cumulati-
vum, vel adeptivum remisive.*
- 3 *Legatum factum consanguineo est prophanum, et
iam dicatur fieri ex pietate.*
- 4 *Verbum charitas quid significet.*
- 5 *Dedictione duplicitis cause pia.*
- 6 *De ininterpretatione dicti verbi, de quoniam. 4.*
- 7 *De tractantibus questionem, de quan. 3.*
- 8 *Eiquando propriè dicatur dispositio prophana, vel
pia.*
- 9 *Eleemosyna est danda potius conjunctio, quam ex-
traneis, & quod secundum facientes male agunt.*
- 10 *De circumstantiis ob quas in legatario intret ratio
pietatis.*
- 11 *Quod ista sit quæstio facti ex iibius qualitate deci-
denda.*
- 12 *An, & quando testamentum ad pias causas suffra-
getur etiam quoad prophana dispositio-*
- 13 *Attenditur bona fides, ac sinceritas actus.*
- 14 *De circumstantiis attendendis pro bona, vel mala
fide regulanda.*

D I S C. XIX.

C Amilius Pignanellus, (qui juxta frequen-
tem humanam stultitiam, à Salamone ex-
ageratam, cum magna parsimonia, propria
anima nil concedendo, magnum assen-
comparaverat), testamentum, & primos

codicillos fecit, quos Confessario tradidit exhiben-
dos post ejus mortem, istaque sequuta, ali postfe-
riores codicilli à se scripti, & subscripti, ac sigillis
muniti, in proprio scrinio reperti sunt; Quibus o-
mnibus publicatis, compertum est, quod hæredem
instiebat in testamento Societatem sanctissimæ
Trinitatis peregrinorum, & convalescentium, in
primis autem codicilli, inter alia legata relinque-
bat Clericorum consobrinorum ex charitate scuta bis mille, in
postremis vero relinquebat eidem ex eadem causa
charitatis, scuta mille, ea conditione adjecta, ut hoc
legatum relictum censeretur pro omni, & toto eo,
quod ab ejus hæreditate prætendere posset; Hinc
proinde orta est controversia inter hæredem, & le-
gatariam coram Judice per dictum societatis Prote-
ctorum deputato, qui ad legataria favorem pro utriusque legati assecuratione pronunciavit, idem-
que puto, quod gestum sit per judicem appellatio-
nis, unde propte此 Societas acquievit.

In disputationibus autem, coram uno, vel altero
Judice habitis, (in quibus pro legataria scribebam),
duo erant controversiae puncti; Primo scilicet super
dictorum legatorum debito in genere, cum Socie-
tas hæres utrumque negaret, ex eo quod codicilli
in quibus continebantur, essent informes, ac non
haberent solemnitates, quæ in prophana dispo-
sitionibus necessariae sunt; Et secundo, posito quod
dicti codicilli essent validi, & obligatorii, an debe-
retur utrumque legatum, vel potius secundum scu-
torum mille tantum, & sic an istud esset ademptiu-
m, vel cumulativum primi.

De hoc secundo habetur actum in sua particula-
ri materia *sub tit. de Legatis*, ubi pluries agiuntur, an, &
quando secundum legatum ad favorem ejusdem
personæ sit cumulativum, vel ademptivum.

Quatenus vero pertinet ad primum, ille in duas
inspectiones subdivisusquebatur; Primo scilicet, an
ista legata dicenda essent pia, adeò ut in eis, non
obstat defectus solemnitatum, sed intraret dis-
positio *text. in cap. relatum de testamento*; Et se-
condo, an posito quod jure prophana dispositio-
nis regulanda essent, adhuc tamen illa solvi debe-
rent per hæredem, quæ est causa pia, cum qua so-
lemnitates juris positivi non attenduntur, unde
propterea dispositio *dicti text. in cap. relatum*, tam
acti, quam passi, locum habere deberet.

Quoad primum; Scribentes pro hæredi dedu-
cebant eamdem conclusionem insinuatam *disc. pre-
ced.* cum ibi allegatis, ad probandum quod ubi agi-
tur de dispositione facta ad favorem sanguine con-
juncti, illa potius referenda sit ad causam naturalem
conjunctionis sanguinis, quain ad aliam pietatis,
ideoque non pia, sed prophana dispositio censem-
da sit, quamvis amore Dei, seu pro salute animæ,
fieri dicatur.

Clarius vero in hac facti specie, in qua, dicta pietatis, vel religionis causa non exprimitur erga Deum,
vel animam propriam, sed adhibetur solum terminus,
seu vocabulum *charitatis*, quod est equivoco-
rum, & aptum convenire etiam causa naturali, cum
verbū *charitas* congrue etiam valeat dilectioni
humana, quæ erga coniunctos, vel amicos, ac be-
nevolos habeatur; Ideoque duplex pia cause spe-
cies in jure consideratur; Una quæ respicit amorem
Dei, ac salutem animæ; Et altera, quæ dicitur pia
legaliter, non autem spiritualiter ad certos effectus,
non autem ad istum, ut exemplificari solet in lega-
to libertatis, ex deductis *dicti 74. num. 10. & seq. &*
num. 21. cum seq. par. 2. diversi ubi concordan.

Quod bene comprobari dicebant ex eo, quod
in aliquibus legatis factis amicis, & famulis non in-
digenti-

CDelUCA
De
Testamentis
et ceteris
GVI